



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones  
Lectissimorvm Casvum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Metus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

*Medicus.*

**M**edicus si medicamentum habet certum, tenetur ex caritate, & iustitiâ illud applicare: si minùs, potest sequi opinionem probabilem. Salas & alij 4. quando autem æger est desperatus, potest adhibere etiam illud quod est probabilius nocitum, modo aliud non suppetat, & verè probabile sit, profuturum. Malder. & alij p. 2. tr. 13. ref. 7. & p. 5. tr. 3. ref. 132.

2 Si æger versetur in probabili mortis periculo, & monitus nolit confiteri, non est propterea post tertiam diem à medico deferendus. Imò quando creditur certò monitionem nihil profaturam ob ægri obstinationem, nec medicus tenetur eum admonere, nec deferere: nam in hoc casu non obligat Constitutio Pij V. Sanchez & alij 3. p. 3. tr. 4. ref. 93.

*Metus.*

**A**n contractus ex metu leui factus valeat in conscientiâ, necnē, in utramque partem probabiliter, hinc negat Sanchez & alij 2. inde affirmat Boncius & Medin. p. 3. tr. 5. ref. 117.

z 60-

2 Solus metus reuerentialis, etiam sine minis, &c verberibus, cadit in constantem virum, quod valet ad rescindendos contractus, qui ut plurimum sunt ab uxoribus, & filiis familias ex metu reuerentiali; Idem est de precibus importantiis seorsim consideratis, & sine metu reuerentiali. Pontius & alij. ibid. ref. 20.

3 Contractus liberalis donationis, aut promissionis ex metu graui celebratus iure naturali, & positivo est invalidus. Idem dicendum de promissione latroni factâ propter metum iniustum; de renuntiatione beneficij, vel absolutione ab excomm. &c. Contractus autem onerosi ex metu graui celebrati, in quibus datur res pro re, excepto matrimonio, validi sunt iure naturae, probabile est etiam valere iure positivo: datur tamen actio metus causâ. Excepte contractum ludi, & alienationis rerum Ecclesiasticarum, qui metu facti non valent. Pontius & alij. ibid. ref. 118, & 119.

4 Qui malum aliquod minatur quod iustè potest inferre, etsi animum non habeat inferendi, licet retinet, que tali metu extorquet; quia saltus habet ius inferendi, quod ius est pretio estimabi-

Ded. 4 le,

le, siue eo uti velit, siue non: Sanchez &  
alij 2.p.4.tr.4.ref.34.

*Metus mortis.*

1] N obsidione ciuitatis, quando alius  
cibus non suppetit, metu mortis  
licet carnibus humanis vesci: quia  
quod non est intrinsecè malum, fit li-  
cium ob vitæ conseruationem. San-  
chez & alij 7 p.3 tr.6.ref.48.

2. Metu mortis licet celebrare Missam  
sine altari, calice consecrato, aut velli-  
bus sacris: modò id non fiat in cōtem-  
ptum Religionis. Vasquez & alij 4. Itē  
licet contrahere matrim. cum impedi-  
mento dirimente; sine intentione ta-  
men consummandi. Suarez & alij 4.  
Item licet Sacerdoti porrigere Eucha-  
ristiam peccatori occulto. Bonacini &  
Nugn. Item confidere Sacra menta in  
materiâ dubiâ. Henr. & alij 2. cū  
enim hæc non sint intrinsecè mala, ob  
grauem metum à peccato excusantur  
*ibid.*

*Missæ auditio.*

1] **S**i quis die Dominico, in quem fe-  
stum alicuius Sancti incidit, Missam  
non audiat; non est illa circumstantia  
app